quorum unum camere nostre et aliud magistris racionalibus etc. ad tardius infra menses duos a die date presencium computandos cum quaternoumo mittendo eisdem magistris racionalibus sub sigillis vestris, in quo transscribi et redigi faciatis per omnia formam et tenorem scriptorum ipsorum sub pena unciarum auri centum destinare curetis, aliud diuttatis penes assignatores omnium predictorum et reliquum vobis retineatis in vestro raccocinio producendum.

[3.] et super diligenti cura et custodia vassellorum armorum et tarsianatuum ac aliarum singularum rerum predictarum statuatis et ordinetis de fidelibus nostris ipsarum parcium viros sufficientes divites et ydoneos et fideles, cum de omni defectu et insufficiencia ipsorum et de universis et singulis supradictis vobis nostra curia totaliter inmitatur.

[4.] et de assignatione vassellorum et domorum tarsianatuum ac aliorum facienda per vos illis, quibus curam et custodiam ipsorum commiseritis, fieri faciatis in eadem forma tria scripta puplica consimilia in qualibet terra vel loco, ubi predicta extiterint, quorum unum ipsis diuittatis, aliud predictis magistris racionalibus in predicto termino mittatis et consimile vobis retinere curetis. et ipsorum nomina et cognomina et que de vassellis et domibus tarsianatuum et aliis predictis rebus curie nostre ipsis conservanda et custodienda commiseritis, infra predictum terminum distincte et per seriem nobis et predictis magistris racionalibus significare curetis. [5.] et ~~et~~ incontinenti provideatis et ad oculum diligenter inspiciatis, in